

*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*

A VIII

POSITIONES  
LEGALES

DISPUTAT. X.

DE SVBSTITV-  
TIONE DIRECTA, EX

TIT. XV. ET XVI. LIB. II.

INSTIT. ET CONCORDANTIBVS  
juris textibus defuntæ,

QVAS

D. O. M. A.

PRÆSIDE

*Nobilissimo & Consultissimo Viro*

Dn. ARNOLDODE REYGER

I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA

ACADEMIA PVBLICO PANDECTA-  
rum professore,

*Discutiendas proponit,*

GEORGIVS Helmsoldt GOTTIN-  
GENSIS SAXO.

Ad diem 23. Novemb. h. & l,  
consuetis.



IENÆ Tyrigetarum,

Ex Typographéo Tobia Steinmanni.

ANNO MDCCCIV.

*A M P L I S S I M O E T*  
*Clarissimo viro,*

Dn. HENRICO VVISSELIO  
inclytæ Gottinganæ ditionis archis  
præfecto, patrono, & affini  
suo multis nominibus  
colendo.

*Subsequentes positiones ex directa substitu-*  
*tionis materia conceptas, offert,*  
*dedicat, & consecrat.*

GEORGIUS Helmoldt.  
*Respondens.*





## DE SVBSTITVTIONE DIRECTA.

### *Continuatio.*

**H**eredes aut instituuntur, aut substituuntur. Instituuntur primo gradu: substituuntur secundo vel tertio *a*. De institutione diximus: videamus & substitutionem. *a* l. i. de vulg. & pupill. subst.

### POSITIO I.



**ST** SVBSTITVTIO HEREDIS institutio secundo vel ulteriore gradu facta *a*, quam duplicem adserimus, vel fideicommissariam *b*, vel directam *c*. De hac in praesentia tantum agemus.

*a* late Duar. c. 1. h. t. *b* l. coheredi. 41. §. quod si. 3. h. t. l. Publius 36. §. i. de condit. & dem. l. heredes 57. §. i. 2. l. a filia. 62. C. de pact. *c* l. post aditam C. de impub. & al. sub. l. centurio 15. ff. h. t. Donell. 6. com. 23. Duar. h. c. 2. Vacon. ad Vacun. 5. declarat. 61.

#### II.

Directae substitutionis duo sunt genera. Aut n. fit in primum casum, puta non existentiae heredum: aut in secundum, puta si primus heres sit, & deinde desinat *a*, illa substitutio simplex *b*, & vulgaris *c*: haec duplex dicitur *d*, estq; eadem vel pupillaris *e*, vel quasi pupillaris *f*, quae vulgo appellatur exemplaris *g*.

*a* l. i. §. 1. l. 4 l. Lucius 45. ff. h. t. l. precibus 8. C. de impub. & al. sub. ubi Donell. n. 2. *b* d. l. i. §. 1. h. t. *c* Rubr. Inst. de vulg. sub & ff. de vulg. & pup. subst. *d* d. l. i. §. 1. *e* Rubr. In. de pupill. sub. & rubr. ff. h. t. *f* §. quae ratione l. d. pupill. 1. 9. C. de impub. arg. §. item

*§. item Serviana l. d. act. Duar. c. 6. h. t. c. 2. disp. 7. V. Donell. 6. com. 23. de divis. substi. Eleg. Cuiac. in vers. ad exemplum 1. de pupill. c. in par. ff. h. t. n. 2. §. Dd. communiter l. D. c. h. t. tit. Diss. in divis. substi. Dd. variè.*

III.

Substitui possunt, vel plures in unius locum; vel unus in plurium, vel singuli in singulorum, vel invicem ipsi qui heredes sunt instituti: ut & plures heredum gradus quis facere non prohibetur.

*pr. c. §. 1. l. h. t. l. potest. 36. ff. h. t.*

IV.

Si qui invicem, vel reciprocè substituuntur, qui ex diversis sunt partibus instituti, nullaq; partium mentio fiat in substitutione, plerumq; eæ videntur datæ, quæ in institutione sunt expressæ.

*§. et si ex disparibus l. h. t. l. si plures 24. d. l. 1. C. eod.*

V.

Vulgaris ergo, ex iure 12. tab. exorta a; quibuscunq; fit personis b, testamento heredibus institutis c, Codicillis si sit facta benigna interpretatione, pro fideicommissaria habetur d.

*a l. verbis l. 120. de V. S. b Donell. d. c. 23. c l. si testamento 7. C. eod. d. l. Scævola 76. ad SC. Treb. §. pen. ubi VVes. n. 8. l. d. codicillus. Myns. pr. l. h. t. n. 8. Gail. 2. obs. 114. n. 3. v. Vaud. 2. q. 12.*

VI

Eaq; vel exprimitur vī ipsa orationis, aut subintelligitur a. Illud fit, si testator dicat, si T. heres non erit, S. heres esto b. Hoc si pater filio impuberi, in secundum casum, puta si intra pupillarem ætatem decesserit, substituat: etenim & in primum casum substitutus intelligitur c: aut si instituto heredi, coherede substituto dato, alius ei substitutus fuerit, tum enim substitutus ad utramq; partem admittitur d.

*a Donell. 6. com. 24. b l. 1. §. 1. l. potest. 36. ff. h. t. pr. l. h. t. c l. 4. ff. h. t. d §. sed si 3. l. h. t. ubi Borch. V. c. Theoph. quem sequitur Donel. d. c. 24.*

Locum

VII.

Locum habet hæc substitutio, si institutus heres non existat *a*. Existit autem heres suus ipso iure *b*: extraneus aditione. Attamen substitutione vulgari fuitas non tollitur: neq; ea ipsa ex necessario herede fit voluntarius *d*.

*a* arg. l. 1. 2. C. de instit. & sub. l. 5. ff. de condit. instit. *b* §. sui. l. de her. que ab int. *c* §. item extraneus l. de her. qual. & diff. *d* Coras. I. misc. 2. Donell. 6. com. 24. pag. 81. Diss. Br. ad l. 1. h. t. Mynsing. pr. l. h. t. n. 10.

VIII.

Hinc non absurdè dicendum videtur, nuda sui heredis ἀναφάντες, sive existentia substitutionem vulgarem expirare. Sed verius est suo herede abstinente ad huc substitutum admitti.

arg. l. si mater 33. §. 1. ibi filio herede existente ff. h. t. ubi Cuiac. tr. 2. ad Afric. pag. 31. Donell. d. c. 24. pag. 81. & 84. Diss. Accurs. ad d. l. 33. §. 1.

IX.

Quid si impubes sit heres institutus, isque contra aditionem restituatur, an substituto erit locus? Distinguo, aut suus est heres, & substitutus admittetur: aut extraneus, quo casu repudiatur.

l. post aduam 5. C. de impub. & al. sub. l. ex contractu 44. de re iudic. l. aut Prator 7. §. sed quod. 10. ubi Cuiac. de minor. Diss. Donell. d. c. 24. Faber 3. con. 4. Myns. pr. l. h. t. n. 14. Diss. alit. Dua. c. 10. h. t.

X.

Quid si filiusfam. institutus, isq; adire nolit, an pater adeundo, substitutum excludet? videamus an non affirmativa sit tutior.

Duar. c. 10. in pr. h. t. Diss. Donell. d. c. 24.

XI.

Heres, hereditate adita, necem defuncti ut ulcisceretur neglexit: ultus est substitutus: uter erit potior, vel hic, vel fiscus? Fiscum præferri putarem.

l. si sequens 15. ff. ad sc. Syllan. Dua. c. 10. pag. 504. Dissentit Wesenb. consil. 69. n. 9. & 14.

A 3

Testator



## XII.

Testator servum heredem instituit, quem ingenuum putabat, eiq; substituit, servus iussu domini hereditatem adiit, substitutus in alterum semissem admittitur.

*§. fin. l. b. t. l. si paterfam. 40. de her. instit. quam eleganter explicat Henr. d. Soverin. lib. rep. lect. iur. cap. 37. Diff. Connan. 10. com. 7. n. 5. Donell. d. c. 24. Cuiac. ad d. l. 40. & §. f. i. b. t. ubi & Borch. diff. plures relati à Gothofr. ad l. 40.*

## XIII.

Tantum de vulgari, deinceps de pupillari: Ea & impuberis testamentum *a*, & tabulæ pupillares *b*, & secundæ tabulæ *c*, in usu iuris dicitur, estq; moribus introducta *d*: Et fit liberis impuberibus, in potestate testatoris constitutis, nec post mortem eius in alterius potestatem recaturis *e*, sine sexus *f* & gradus *g* discrimine, etiam postumis *h*, adoptatis *i*, exhereditatis *k*.

*a l. 2. §. 1. ff. b. t. l. sed si 10. §. si ex asse cod. b d. l. 2. §. 2. b. t. c d. l. 10 §. si ex asse. l. si filius 12. b. t. d d. l. 2. v. Gomez. 1. var. res. 4. & ibi Soarez. in addit. e d. l. 2. pr. f. d. l. 2. §. pen. 1. de pup. sub. g d. l. 2. ibi: & nepotibus. h §. non solum 4. vers. quæcunq; l. b. t. d. l. 2. ff. cod. i d. l. 10. in adrogato. k d. §. 4. l. b. t. l. 1. §. 2. d. l. 10. §. ad substitutos. ff. cod.*

## XIV.

Hinc constat, nec matrem *a* posse ita substituere, nec patrem emancipatis *b*. Patrem etiam, priusquam filio substituatur, sibi testamentum fecisse *c*, heredemq; scripsisse *d* necesse est.

*a d. l. 2. pr. l. si mater 38. b. t. b d. l. 2. c §. liberis 1. b. t. Donell. 6. com. 25. inf. d d. l. 2. §. prius b. t. Donell. d. 25. v. Rob. 1. recept. lect 34. Govean. 1. var. 8. & 31.*

## XV.

Ulterius requiritur filium in potestate patris fuisse, & tempore facti testamenti, & mortis testatoris *a*: item testamentum paternum exitum habuisse *b*, quod sit, si suus heres extiterit *c*, extraneus adierit *d*: si tamen in officiosi querela testamentum subvertatur, tabulæ pupillares nihilominus durabunt, idq; iure novo *e*, secus est, si filius à patre sit præteritus *f*.

*a l. co-*



a l. coheredi 41. §. cum filia ff. h. t. Donell. 6. com. 25. pag. 88.  
Diss. Dd. com. per l. 2. in pr. vers. sed si. ff. h. t. b d. l. 2. §. 1. b. t. c  
§. sui autem v. necessarii §. de her. qual. & diff. l. 1. §. qui sunt. Si quis  
om. caus. test. An illa nuca sui heredis ἀνάφανοις tabulas secundas  
confirmet. v. §. disp. de her. qual. & diff. th. 13. d d. l. 2. §. 1. d. l. 10.  
§. si ex asse ff. h. t. c Auth. ex causa C. de lib. præt. Nov 115. c. 3. in  
f. f d. Nov. 115. c. 3. in pr. Cuiac. tr. 4 ad Afr. ad l. 34. §. f. h. t. Diss.  
Donell. 6. com. 25. p. 91. & ad d. Auth. ex causa n. 7. Clar. §. testa-  
mentum q. 52. n. 2. & q. 54. n. 2. Gomez. 1. var. res. 4. n. 4. v. disp.  
seq. th. 7.

#### XVI.

Quod de vulgari diximus a, idem in hac obtinet:  
ut vel verbis exprimat, aut subintelligatur. Illud sit  
hoc modo: si filius heres erit, & intra pubertatem dece-  
serit, T. heres esto b. Alterum, si filio in primum casum  
substitutus detur: etenim & in secundum substitutus in-  
telligitur c.

a l. 6. v. Donell 6. com. 26. b pr. l. h. t. l. 1. l. 2. §. sed si. 5.  
l. qui plures 38. l. coheredi 41. §. fin. ff. eod. c l. 4. ff. h. t. l. 4. C. de  
impub. & al. sub.

#### XVII.

Idq; perpetuum, si non voluntas testatoris refrage-  
tur a: quod fit, quando testator nominatim alium in  
primum, alium in secundum substituat casum b: aut he-  
redes alter pubes, alter impubes instituantur, iiq; invi-  
cem substituantur c.

a d. l. 4. in f. ff. h. t. & d. l. 4. C. de impub. & al. sub. b l. cum ex  
filio 19. §. 1. h. t. c d. l. 4. §. f. h. t.

#### XVIII.

Aut si filio impuberi, & alio puberi, puta testato-  
ris uxori, heredibus institutis, Titius substituat a:  
vel denique, si impuberi in primum tantum casum sub-  
stituatur, isq; intra pubertatem superstitie matre, ea-  
demq; prius cum filio instituta, decesserit b. His enim  
speciebus omnibus placet substitutionem in primum  
tantum casum factam intelligi c.

a d. l. quam

a d.l. *quavis* 4. C. de impub. & al. sub. b l. ult. C. de instit. & sub. c Donell. 6. com. 26.

XIX.

Substituitur impuberi, aut nominatim, ut Titius heres esto, aut generaliter, quisquis mihi heres erit: quo casu heredes vocantur qui & scripti sunt, & extiterunt.

§ substituitur l. b. t. l. 3. l. qui liberu 8. §. i. ff. eod.

XX.

Hereditate substituto delata, omne ad eum pertinet quod pupilli fuit, sive ei à patre obvenerit, sive aliunde sit quæsitum. Adrogatum excipimus, cuius substituto non plus defertur, quam illi adrogatoris beneficio quæsitum est.

l. sed si 10. §. ad substitutos cum §. seq. ff. h. t.

XXI.

Quod adeò verum, ut & legitimos heredes a excludat substitutus, immò etiam matrem b pupilli, non tantum si expressè, sed et si tacitè sit substitutus c.

a l. si testam. 7. C. h. t. l. quamdiu 39. d. adq. her. b l. Lucius 45 ff. h. t. l. Papinianus §. sed nec 5. d. inoff. test. Gomez. 1. var. res. l. 4 n. 7. c arg. l. f. C. d. instit. & sub. Donell. ad l. precibus 8. C. d. impub. & al. sub. n. 5. Connan. 10. com. 8 n. 13. Vacon. à Vacun. 4. declar. t. 62. n. 10. Diss. Dd. com. ad d. l. precibus Gomez. 4. var. res. 4. num. 8.

XXII.

Quasi pupillaris substitutio ad exemplum pupillaris est inducta: qua parentes, liberis mente captis, legitima portione relicta, si ii liberos, aut fratres non habeant, quem velint substituunt.

§. quæ ratione l. h. t. l. humanitatis 9. C. d. impub. & al. sub.

XXIII.

Parentes diximus. Vnde constat, & matrem ita substituere posse a, modo ea ad secunda vota non transierit b. Verum si & pater & mater fecerint testamentum, putem patris præferri: ut & eius, qui gradu sit propior, potiores sunt tabulæ, illius, qui remotiori est loco c.

a d. l. humanitatis 9. ibi: non liceat parenti qui vel qua. b arg. l.

arg. l. lex quæ §. pen. C. de admin. tut. l. 1. C. ubi pup. educ. deb. Coras.  
ad d. l. 9. C. h. t. n. 6. Diff. Gomez. 1. var. res. 6. n. 10. & ibi Soarez. &  
Donell. 6. com. 27. Duar. h. t. c. 18. V. Gomez. d. loco. n. ult.

XXIV.

An & prodigis, multis item & surdis, ex surdis, ex  
sententia huius constit. substituere licet? In prodigo ad-  
firmarem a: negarem in muto, in surdo b.

a arg. l. his qui 12. §. fin. d. tut. & curat. dat. ab his l. 1. d. cu-  
rat. fur. & al. ext. min. Gomez: d. c. 6. n. 4. b arg. l. ex facto 43. ff.  
h. t. arg. l. quod vero cum 2. seqq. ff. de ll. Donell. d. c. 27. Cuiac. in par.  
C. h. t. Diff. Gomez. d. c. 6. n. 3. Myns. d. §. qua ratione num. 5. l. h. tit.  
Schneid. n. 4.

XXV.

Evanescit hæc substitutio resipiscente mente capto  
a, vel liberis procreatis b. Illo casu dubium est quid fi-  
at si resipiscat & iterum in alienationem mentis incide-  
rit? Si morte patris, sit sana mente, evanuit substitutio  
c: sin mente iterum alienata manet d.

a d. l. ex facto ff. h. t. d. l. humanitatis C. eod. d. §. qua ratione.  
l. h. t. b arg. l. cum avus 102. de condit. & dem. l. generaliter 6. §.  
1: C. de instit. & sub. c arg. l. coheredi 41. §. cum filia. h. t. d. l. 6.  
§. 2. l. si alienum 49. §. 1. ff. de her. inst. Donell. d. c. 27. p. 99. V. Go-  
mez. d. c. 6. n. 11.

XXVI.

Diversa ab hoc iure sunt militum privilegia. Hi  
enim & liberis puberibus a, & emancipatis b, quibus-  
vis etiam extraneis c, licet sibi testamentum non fece-  
rint d, ex certo tempore, & in certum tempus e sub-  
stituere, immò & tempus pubertatis egredi licite pos-  
sunt f.

a l. precibus 8. C. de impub. & al. sub. b l. miles ita 41. §.  
pen. d. milit. test. c l. 5. d. t. d d. l. 41 §. f. e d. l. 41. pr. f d. l. 41.  
& d. l. precibus 8. C. d. impub. & al. l. in testam. C. de testam. milit.

XXVII.

Postremum si fiat, magna est quæstio, quæ bona,  
& quo iure, ad substitutum deferantur? Bona patris ad  
B substitue

substitutum pertinent, non quæ sunt filii propria a: per-  
tinent autem iure fideicommissi, non directo b.

a l. centurio 15 ff. h. t. b. d. l. precibus 8. C. de impub. & al.  
sub. Cuiac. 12. obs. 27. & lib. 11. c. 25. & lib. 17. c. 26. Govean. 1.  
var. lect. 2. Borch. §. 1. h. t. Diss. Duar. cap. 23. h. t. Donell. ad d. l.  
precibus n. 10. Gomez. 1. var. reso. 7. n. 4.

XXVIII.

Sed nec vulgari expressa tacita pupillaris, in testa-  
mento militis continetur: eoque casu, bona non ad  
substitutum, sed legitimum heredem pertinebunt.

d. l. precibus & ibi Donell. n. 6. Vacon. à Vacun. 4. declarat. 63.  
num. 11.



## COROLLARIA.

I.

**S**ubstitutionem directò à milite  
factam pubertatis tempus egredi  
entem, iure fideicommissi veni-  
re diximus. An idem in pagano  
obtinet? Negamus.

l. verbis civilibus. 7. l. in pupillari 14.  
ff. h. t. §. masculo l. de pup sub. c. si pater de  
testam. in 6. Duar. cap. 23. h. t. Cuiac. 11.  
obs. 25. & 12. obs. 27. Gomez. 1. var. re-  
sol. 7. n. 4. Borch. §. 1. h. t. Schneid. n. 11  
ibid. Diss. Vacon. à Vacun. 4. declar. 64. n.  
5. 17. Donell. 6. com. 25. p. 89.

Si pa

## II.

Si pater duobus heredibus institutis filio suo impuberi eisdem cum alio tertio substituatur, utrum in semissem duo priores, & tertius æquè in semissem, an singuli in trientes vocentur quæri consuevit? Postremum iure novo receptum adfirmamus.

*l. ult. C. d. impub. Et al. sub. Borch. §. substituitur l. de pup. sub. Diss. Duar. 2. de iur. acc. c. 9.*

F I N I S.



Illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I N I S



Illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X




TA 30L










**P VIII**



POSITIONES  
LEGALES  
DISPUTAT. X.

DE SVBSTITV-  
TIONE DIRECTA, EX  
TIT. XV. ET XVI. LIB. II.  
INSTIT. ET CONCORDANTIBVS  
juris textibus desumptæ,

QVAS  
D. O. M. A.

PRÆSIDE

*Nobilissimo & Consultissimo Viro*

Dn. ARNOLDO DE REYGER  
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA  
ACADEMIA PVBLICO PANDECTA-  
rum professore,

*Discutiendas proponit,*

GEORGIVS Helmolde GOTTIN-  
GENSIS SAXO.

Ad diem 23. Novemb. h. & l,  
consuetis.



IENÆ Tyrigetarum,  
Ex Typographæo Tobia Steinmanni,  
ANNO MDCCCXIV.